

## DE SEMINE CETI

tum nomen coniecant. Virosus autem  
in ueterato maxime odor est. De hoc  
quae in Aquatilium historia scripsi, pa-  
gina 244. inter Cete, hic omittam ple-  
raque. Cum ambra quidem, qua cum a-  
liqui confundunt, nihil prorsus ei co-  
mune arbitror. Rem marinam esse  
constat; qualis verò & vnde sit, nemo  
adhuc in dubium vocavit, tanquam re-  
cepto eius nomini, reuera cctorum se-  
men esse credendum sit, ut Cordus,  
Agricola, Encelius & Fuchsius credi-  
disse videntur. At si genitura cuiuscun-  
que animantis est, cur pinguis est, &  
innatat aquae? cur oleo non aquae mi-  
scetur? cum albi liquoris oui potius  
naturam referre deberet. Odoris gra-  
uitas virosa fortè, eos qui primùm se-  
men putarunt, ad hoc induxit. Mihi  
vel omnino sui generis res esse vide-  
tur: vel potius adeps animalium in ma-  
ri degéntium quorundam, vt cetaceo-  
rum piscium aut belluarum maris, quo-  
rum ingens est corporis moles, & adi-  
pis